

Paraphrases of Ovid's Tristia

By

Josiah Meadows

[*Ovidius: Tristia I.I.1-22*]

O mi parve liber, ibis in urbem sine me! Ei mihi, quod tecum venire non possum. Eas, sed incultus, sicut decet esse exulis huius. Non eris ornatus colore purpureo, quod non decet luctus. Cornua candida non geres in fronte. Tantummodo libri felices ornantur his rebus, decet te esse memorem fortunae meae. Nec tibi pudeant liturae. Ille qui eas videt sentiat me lacrimavisse. Eas, liber, atque salutes grata loca meis verbis. Dices populo me vivum esse, sed negabis me esse salvum. Vivo tantum quod sinit deus. Caveas, ergo, ne dicas res quae non sunt necesse.

[*Ovidius: Tristia I.1.81-107*]

Confiteor me quoque timere fulmina Iovis, quae iam sensi. Puto cum tonitrum auditur, me peti infesto igne. Quicumque Argolica fugit de classe Capherea, semper ab Euboicis vela retorquet aquis. Et cum navis mea fulgure percussa est semel, noluit umquam redire locum. Cave ergo, liber, atque timida mente aspice omnia quae te saepiunt, ut satis tibi sit a media plebe legi. Dum Icarus petit altiores partes caeli alis suis infirmis, nomen novum dedit aquis. Difficile hinc est dicere utrum remis utaris, an aura. Et res et locus tibi dabunt consilium. Si poteris tradi vacuo, si omnia tibi mitia videbis, si ira fregerit vires suas: siquis erit qui tradat te dubitantem, et timentem adire, et ante tamen pauca loquatur, adi. Pervenies illuc luce bona dominoque felicior ipso, atque mala nostra leves. Namque ea vel nemo, vel qui me vulneravit solus Achilleo tollere more potest. Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto. Nam in animo nostro, spes minor est quam timor: quaeque quiescebat, ne ira mota iterum saeviat, et tu sis altera causa poenae, cave. Cum tamen in nostrum penetrare fueris receptus, contingeris domum tuam, scrinia curva, et fratres illic ex ordine positos videbis.

[*Ovidius: Tristia I.11.1-22*]

Omnes litterae quae in hoc libro inuenies tempore sollicito viae factae sunt. Tremebam propter frigora mensis Decembri, dum scribebam has lineas. Postquam bimarem Isthmum superavimus, altera navis conscendenda erat. Credo Cycladas Aegaeas admiratas esse me carmina scribere dum murmurabat mare. Ipse admiror ingenium meum non amisisse tantis fluctibus maris et animi. Hoc studium carminis scribenti appellatus stupor sive insania, omnia sollicitudo mea est mollita hac cura carmina scribendi. Saepe ego incertus iactabar ab Haedis nimborum, saepe Steropes pontus minax erat sidere, atque custos Atlantidos Ursae aut Auster hauserat Hyadas aquis seris: saepe pars maris intus erat; tamen carmina mea scribebam. Nunc quoque striduunt funes contenti Aquilone, et in modum tumuli aqua concava surgit. Ipse gubernator manus ad caelum sustulit precibus inmemor artis, opem exposcit.

[*Ovidius: Tristia I.2.1-16*]

Precor vos, di, ne destruat is partes huius cumbae, quae iam solvuntur. Quaeso ne subscripseritis irae Caesaris Augusti. Quidam deorum alios adiuvere solent, quidam vero adversi. Vulcanus inimicus Troiae fuit, dum Apollo cum Troianis fuit, dum Pallas eos destruere temptabat. Oderat Saturnia Aenean, Turnumque amavit. Aeneas tamen salvus fuit numine Veneris. Ferox Neptunus saepe solebat Ulixem petere, Minerva saepe erripuit patruo suo ab insidiis. Nunc tamen perdo vocabula mea, quod, dum loquor, os impletur fluctibus. Notus terribilis iactat quod dico, atque preces prohibet meos ad deos pervenire.

[*Ovidius: Tristia I.2.75-93*]

Ego non navigo per totum mare studiosus mutandi merces et pecuniam faciendi: neque peto urbem Athenas quam antea petivi, neque Alexandriam peto ut videam delicias Nili. Quisnam credere possit me velle faciles ventos? Tellus Sarmatis est quo navicula mea it. Obligor ut fera litora Ponti tangam; queror quodque sit fuga tarda a patria. Nescio utrum Tomitas visurus sim, quo facio viam exilem per preces meas. Seu mecum statis, di, retinete tantos fluctus, atque numina vestra prona sunt naviculae nostrae; seu estis contra me, advertite me iussae terrae; pars est supplicii mei in regione. Quid hic facio? Ferte mea carbassa rapidi venti. Cur mea vela volunt fines Ausonios petere? Hoc non fuit consilium Caesaris. Non fuit eius consilium hoc mihi facere.

[Ovidius: *Tristia* I.3.63-86]

Uxor in aeternum vivo mihi viva negatur, et domus dulcesque partes, amicos quos amavi quasi fratres essent mei, o mihi Thesea pectora iuncta fide! Te complector cum possim: fortasse numquam amplius licebit. Nec mora, relinqua imperfecta verba sermonis. Complectens omnes meos amicos. Dum loquor et flemus, prima lux Lucifer tetigit caelum. Non aliter dividor quam si ipsa membra mea relinquam. Sic Mettius doluit cuius corpus ab equis distractum est in contrarias partes. Tum vero, clamor et gemitus meorum ortus est, pulsantque pectora nuda manibus maestis. Tum autem, uxor graviter tenens umeros meos, haec verba miscuit meis lacrimis: 'Non potes se hoc modo dividere, simul ibimus hinc:' inquit 'te sequar, atque coniunx exul ero profugi. Mihi facta est via, et ultima terra me capit: accedam rati sicut parva sarcina. Ira Caesari te iubet patriam relinquere, me – pietas. Haec pietas erit mihi Caesar.

[Ovidius: Tristia I.3.89-103]

Egredior, *sine illud erat funere ferri*, squalidus atque barba hirta sordidaque. Narratur uxorem propter maximam dolorem sensam amisisse, cecidisse, et procubuisse humi per breve tempus. Surrexit gelidis membris crinibusque pulvere opertis. Comploravit deos Penates desertos saepeque vocabat nomen viri avolsi. Narratur eam non minus dolere quam si vidisset corpora liberorum maritique ardentia super altos rogos. Mori cupiebat atque periendo sensus ponere, *respectuque tamen non periisse mei*. Vivat et absentem quod sic fata tulerunt. *Vivat ut auxilio suo sublevet*.

[*Ovidius: Tristia I.4.1-10*]

Custos Erymanthidos ursae tingitur oceano, suoque astro turbat mare. Findimus mare Ionium, sed non sponte. Eu mihi! Quantis ventis aequora increscunt, et harena fretis eruta ex imis fervet. Fluctus ne minor quam mons pulsat imagines deorum. Pineae texta magnum sonum edunt pulsu, funis gemit ipsaque navicula malis nostris.

[*Ovidius: Tristia I.5.1-28*]

O mi amice memorande ante ullos alios, cui praesertim fortuna mea visa est sua; qui ausus es me sustinere, consiliumque tranquiliter vivendi praebuisti, cum mortem mihi consciscere velem. Procul dubio scias te amicum esse de quo loquor. Recordabor facta tua, nam infixae sunt medullis imis meis; et numquam reddere potero quod a te accepi; rogi ossa mea habebit spiritusque errabit in auras, antequam facta tua obliviscar. Di caelesti tibi sint benevoli atque opis nullius egentem fortunam praestat dissimilemque meae. Si haec navicula ferretur vento amico ignoraretur fortasse ista fides Thesea Piritous non tam sensisset amicum si non inferias aquas adisset vivus. Exemplum veri amoris inveniatur in Phoece, fecerunt furiae, tristis Oresta tuae. Nulla esset gloria nisi Euryalus Rutulos in hostes cecidisset. Sicut ut sciamus utrum aurum solidum re vera sit ponendo in igne, sic inspiciendum est fides amicorum. Dum Fortuna iuvat et vultu sereno ridet, indelibatas cuncta secuntur opes.

[*Ovidius: Tristia I.6.31-36*]

Siquid vivi fortitudinis in nobis fuit, pereat omne longis malis. Tu primum locum inter feminas admirabiles occupaveris. Bonis tui animi ab omnibus conspiceris. Quam diu carmina valebunt nostra, semper memoria servabitur tuae.

[*Ovidius: Tristia I.6.31-36*]

Siquid vivi fortitudinis in nobis fuit, omne longis malis pereat. Tu primum locum inter
feminas admirabiles occupaveris. Ab omnibus conspiceris propter bona animi tui.
Quam diu extabunt carmina nostra, semper memoria tuae servabitur.

[*Ovidius: Tristia I.6.31-36*]

Siquid vivi fortitudinis in nobis fuit, omne longis malis pereat. Tu primum locum inter
feminas admirabiles occupaveris. Ab omnibus conspicereris propter bona animi tui.
Quam diu extabunt carmina nostra, semper memoria tuae servabitur.

[*Ovidius: Tristia I.7.1-10*]

Si habes signum vultus mei, amice, tolle lauram hederam ex capite, nam illae res tantummodo poetis laetis decent. Illa corona non decet meis temporibus. Ferre tecum soles anulum aureum in quo imago mea est ora cara relegati, cum aspiceris fortasse recordaberis quam procul a te sit amicus tuus.

[*Ovidius: Tristia I.7.1-22*]

Amice, si tu habes signum vultus mei, hederam lauram ex capite tollas, nam illae res tantummodo poetis laetis conveniunt. Illa corona meis temporibus non decet. In digito anulum aureum fers. Quotiescumque aspexeris, fortasse recordaberis quam procul a te sum. Grata tua pietas est, carmina mea tamen melius me demonstrant, quae mando qualiacumque legas, carmina loquentia de formis mutatis hominum, quod infelic fuga domini rupit opus. Cum e patria descendere debebam, haec carmina quae sunt sicut bene multa meorum posui in igne, ipse mea manu. Sicut Thestias filium suum cremavit sub stipite, atque melior soror quam mater fuit, ergo imposui libros meos in rogam. Duae sunt causae quibus hoc feci: aut quod Musas odi, aut quod carmen imperfectum fuit.

[*Ovidius: Tristia I.7.1-22*]

Amice, si tu habes signum vultus mei, hederam lauram ex capite tollas, nam illae res tantummodo poetis laetis conveniunt. Illa corona meis temporibus non decet. In digito anulum aureum fers. Quotiescumque aspexeris, fortasse recordaberis quam procul a te sum. Grata tua pietas est, carmina mea tamen melius me demonstrant, quae mando qualiacumque legas, carmina loquentia de formis mutatis hominum, quod infelic fuga domini rupit opus. Cum e patria descendere debebam, haec carmina quae sunt sicut bene multa meorum posui in igne, ipse mea manu. Sicut Thestias filium suum cremavit sub stipite, atque melior soror quam mater fuit, ergo imposui libros meos in rogam. Duae sunt causae quibus hoc feci: aut quod Musas odi, aut quod carmen imperfectum fuit.

[*Ovidius: Tristia I.7.27-40*]

Nemo patienter opus Metamorphoseon legere potest, atque nesciet me non potuisse ultimam manum. Illud opus mediis incudibus ablatum est, et ultima lima defuit meis scriptis. Et potius veniam peto quam laudem, abunde laudatus, tibi non fastiditus ero, lector, si putabis hae sextae lineae in fronte libelli poni debere: librum tangis qui eget parento, sed saltem in urbe esse potest. Quoque magis faveas, haec ab ipso edita non sunt, sed sicut de rapta funere domini sui. Siquid invenies rude aut malum, emendaturus eram.

[*Ovidius: Tristia I.7.27-40*]

Nemo patienter opera mea legere poterit, nesciet me ultimam dedisse manum. Liber incudibus surreptus est, defuit ultima lima scriptis meis. Veniam pro laude peto, a multis laudatus, si te non spernam, lector, si putabis has sex lineas ponendas esse in fronte libri: libellus quem non tangis eget parento suo, sed saltem sinetur ei in urbe manere. Ut magis faveas, haec opera edita non sunt ab auctore, sed potius rapta a funere domini sui. Siquid rude aut prave invenies in his scriptis, si mihi licuisset, emendaturus eram.

[*Ovidius: Tristia I.8.1-22*]

Flumina labentur in caput montis a mare, Sol inversa ratione tellurem circumaget, in terra neque caelo astra erunt, caelum aratro findi poterit, ex aqua orietur ignis, et flammae ex aqua, nullaque pars orbis terrarum iter tenebit suum, omnia fient quae fieri non putavi, et nihil restet quod credi non potest. Haec omnia praevideo, quod ab amico quem auxilium mihi daturum esse putavi deceptus sum. Tam magna oblivia nostri te ceperunt, et tam multum timuisti ut ne respiceres quidem aut consolareris me humi iacentem, dure, neque funus meum peteres? Illud sanctum et venerabile nomen amicitiae est tibi re pro vili atque sub pedibus iacet? Quid fuit, amicum prostratum ingenti mole visere et parte consolari aloquio tuo, et si non flere meos casus, pauca tamen verba ficta dolore pati, vel facere quod faciunt ignoti, vel saltem dicere, et vocem populi et publica ora sequi?

[*Ovidius: Tristia I.9.17-36*]

Dum omnia bene se habebant, multi versabantur in domo nostra, sed cum primum impulsa est, omnes simul fugerunt, ruinam metuentes. Nec admiror si fulmnia timebant quae flammis adflatur omnia proxima quaeque. Nihilominus, Caesar in hoste probat amicum versantem in condicionibus difficilibus neque irascitur cum quis amat in duris temporibus aliquid quod amavit. Thoas rex ipse Pyladen probavit cum cognovit Orestem. Hector laudare solebat Achillen magnum ore suo. Deus Pluto indolisse narratur cum audivit Theseum amicum suum comitatum esse ad regnum inferorum. Cum Turnus nuntiam de fide Euryali et Nisi, effecit ut genae umidae essent lacrimis. Ei mihi quod haec mea dicta paucos animos movent.

[Ovidius: *Tristia* III.11.1-54]

Si tam cruentus es, improbe, ut casus meos derideas, identidemque me accusas, inter scopulos natus es, et lacte ferino altus, et dicam cor tuum lapideum esse. De quibus malis cogitas quae nondum mihi acciderunt? In terris incommodis ferisque vivo, *cumque suo Borea Maenalis Ursa videt*. Cum his gentibus feris loqui nequeo, propter discrimen linguarum, omnesque loci timorem sollicitum mihi iniciunt. Sicut cervus qui ab ursorum avidis captus est, aut agna quae saepta est a lupis montanis, sic ego terreor cinctus ab his hominibus bellicosus, hoste fere latus meum premente. Dicamus hoc parvam esse poenam, quod uxor dulcis, patria, omniaque cara quae mihi ablatae sunt: ut nulla mala praeter iram solam Caesaris feram, esne nuda ira Caesaris parum nobis? Tamen aliquis est qui vulnera cruda retractet, et diserte loquens moras meas reprehendere possit. In causa facili, omnes disertissimi sunt, nam minimae vires frangere possunt moenia iam quassa, sed vera virtus est turrem altas arcesque firmas subruere: *quamlibet ignavi praecipitata prement*. Ego non iam sum quod antea fueram. Quid inanem proteris umbram? Quid cinerem saxi bustaque nostra petis? Hector tunc erat cum bello pugnabat, sed idem Hector non erat ad equos Achillis nexus. Me quoque, quem olim noveras, memento non esse. Ex illo viro haec statua superant. *Quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris? Parce, precor, Manes sollicitari meos*. Puta omnia mea crimina vera esse, nihil in illis quod magis errorem quam scelus esse putes, profugus pendi (satis pectoribus tuis) poenis graves exilio, et loco exilii. Carnifex durus mei misereatur, et tamen uno iudice fortuna mea parum mersa est. Saevior est quam Busirides crudelis, et saevior quam ille qui bovem falsum igne torruit, quique bovem fertur Tyranno donavisse, et dictis artes suas conciliasse: *munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior nec sola forma operis probanda est*. Videsne latus hoc adaperitile? Hac coniciendus erit ille quem perdes. Protinus mugiet inclusum igne ardente: et veri vox illa bovis erit. *Pro quibus inventis, ut munus munere penses*, da, precor, digna praemia ingenio meo.' dixerat. At Phalaris 'Repertor poenae mirande es, tu praesens imbue tuum opus!' Nec mora, crudeliter ustus ignibus monstratis, geminos sonos exhibuit, ore gemente.

[Ovidius: Tristia III.2.1-30]

Fata tulerunt ut etiam Scythiam peteremus, quae sub axe Lycaonio iacet: nec vos, Pierides, nec progenies Letoia, opem sacerdoti tulistis docta turba. Nec mihi, quod sine ullis poenis male lusi, bonum est, quodque magis Musa iocata est in vita mea: sed tamen plurima mari terraque subivi, et assiduo frigore Ponti glacialis sum. Quique, fugax rerum natusque in otia securo, ante labora venerunt, inops impatiensque eram, *ultima nunc patior, ne me mare portibus orbem perdere, diversae nec potuere viae*; sufficit animus malis, nam durius est corpus factus propter eos, et vix ferenda tulit. Dum tamen dubius iactabar terra marique, *fallebat curas aegraque corda labor*: cum finis itineris facta est, opusque eundi requievit, et terra poenae meae tacta est, nihil nisi libet, nec lacrimarum copia minus sit quam aquae nivium liquantium sub sole vernali. Roma et domus subit, atque desiderium locorum, quicquid adhuc in urbe mea remanet. Ei mihi, quod iam toties ianuam pulsavi sepulchri mei, sed nullo tempore aperta fuit? Quamobrem tot gladios fugi, et nulla tempestas caput infelix aperuit? *Di quos experior nium constanter iniquos, participes irae quod unus servat deus. Exstimulate, precor, cessantia fata meique interitus clausas esse vetate fores!*

[*Ovidius III.9.7-34*]

Ut a patre relicto fugeret, Medea scelestas usa est navicula, quae creata est auxilio pugnacis Minervae et numquam per aquas temptatas navigavit. Speculator qui eam vidit “Hospes Colchide venit, nam vela agnosco!” exclamavit. Dum Minyae tremescebant, funem solvebant, et ancoram e fundo maris detrahebant, Medea ausa ausuraque multa nefanda meritorum, pectora conscia planxit; et quamquam audaciam maximam habuit, pallor adhuc fuit in ore eius. Cum vela appropinquantia prospexit ‘Tenemur, et patrem dolo quodam retardare debemus!’ inquit. Dum quaerebat quid faceret, oculi in omnia versabant, et casu eos ad fratrem tulit. ‘Vincimus’ inquit ‘Morte eius mihi erit causa salutis. Repente latus ignari nec quicquam timentis gladio transegit, atque membra omnia eius sparsit per agros. Ne pater nesciret facinoris, manus pallidas et caput sanguinolentum in alto scopulo proposuit, ut pater luctu novo retardaretur, dum colligit membra mortua tardetur triste iter. Hac de causa locus hic “Tomis” vocatur, quod dicitur hic soror fratrem obruncavisse.

[*Ovidius: Tristia IV.1.1-44*]

Iam fieri potest ut Germania saeva, simul cum ceteris gentibus, genus duobus Caesaribus flecteant, Palatiaque celsa sertis coronentur, turaque ardentia sonent diemque inficiant, candidaque victima abducta humum sanguine purpureo imbuat, collo securi percusso, et uterque Caesar victores donas promissas reddere templis deorum amicorum parent, iuvenesque qui sub nomine Caesaris crescunt, semper terras regat domus illa. Cumque bonis nuribus pro sospite Livia nato munera det meritis, saepe datura, deis et pariter matres quae sine crimine focos castos perpetua virginitate servant; cum plebe pia quoque senatus laetatur, cuius ego nuper eques eram. Gaudia communia nos fallunt, procul expulsos, nec nisi parva, fama tam longe venit. Ergo omnis populus triumphos spectare poterit cumque ducum titulis oppida capta leget, et videbit reges captivos, vinculas gerentes in collis, equos coronatos anteire videbit. Et cernet vultus aliis pro tempore versos, terribiles aliis inmemoresque sui. Quorum pars causas et res et nomina quaeret, pars referet, quamvis noverit illa parum. Hic excelsus qui in ostro Sidonio fulget, secundus duci in bello fuit. Hic, qui oculos miserabiles in humo fixit, numquam vultum talem gessit dum arma tulit. Ille ferox et adhuc ardens oculis hostilibus hortator consiliumque pugnae fuit. Hic perfidus milites nostros insidiis cepit, qui nunc capillis prolixis ora squalida tegit. Illo qui sequitur, dicunt mactata ministro saepe recusanti corpora capta deo. Hic lacus, hi montes, haec omnia castella, tot amnes plena ferae caedis et sanguinis sunt. Drursus in his meruit quondam cognomina terris, quae bona progenies, digna parente, fuit. Cornibus fractis, et male tectus ab ulva viridi, ipse Rhenus suo sanguine decolor erat. En, Germania etiam crinibus passis fertur, maestaque sub pede ducis invicti sedet.

[Ovidius: *Tristia* IV.1.53-86]

Precor ut divi saltem benevoli mihi sint, nam simul cum magno Caesare, turbam faciunt. Tot mala passus sum quot litus harenas, quotque mare pisces, ovaque piscis habet. Plura quam flores quae tempore vernali apparent, aristas aestivas, pomi autumnii, aut nives hiemis, quae mala patior in toto orbe iactatus, dum miser laeva litora Euxini peto. Nec tamen fortuna malorum meorum levata est, nam me huc secuta est. Hic quoque stamina diei natalis mei cognosco, quae ex lana nigra facta sunt. Utque neque insidias et periculam capitis narrem, vera quidem sunt, sed graviora quam fides: miserrimum mihi est inter Bessos Getasque versari, me, cuius nomen Romae notissimum fuit. Proelia aspera iuvenis fugi, nec armis usum sum nisi ad ludendum; nunc senior, scutum gladiumque sumo et galleam in capillis albis gero. Et cum custos signum dedit tumultus, protinus arma indui trepida manu. Hostis arcus sagittasque veneno imbutas moenia spectat equo anhelanti; et sicut lupus qui ovem deprensam per sata silvasque trahit et fert: sic sic, *siquem nondum portarum saepe receptum barbarus in campis repperit hostis, habet*: aut captus sequitur accepta vincula collo, aut perit telo venenum habente. Hic lateo novus incola sedis sollicitae: heu tempora nimium longa fati mei.

[*Ovidius: Tristia V.12.1-24*]

Scribis, ut hoc triste tempus studio oblectem, non perear in loco inhospitali. Valde tamen difficile est, amice, facere id quod suades, quia carmina sunt opus laetum, et pacem mentis postulant. Fortuna mea nunc per tempestates adversas agitur, nec ulla sors tristior quam mea esse potest. Exigis ut Priamus funere natorum plaudat, et Niobe. libris suis mortuis, choros festo ducat. Luctibus an studio videor teneri debere, iussus abire in Getas extremos? Des mihi pectus in valido robore fultum, quale Anyti reo fama fuisse, et adhuc sapientia cadet tantae ruinae: iram dei nullus homo pati potest. Senex ille, quem Apollo sapientem esse dixit, in his condicionibus ne unum quidem opus scribere potuisset. Ut patriae veniant, obliviae vestri veniant, ut omnis sensus amissi abesse queat, at timor ipse vetat quietum officio fungi. Locus me ab hoste innumerabili cinctum tenet. Adde ingenium quod longa rubigine laesum est, et torpet multo minus quam antea fuit. Fertilis, si non renovetur aratro assiduo, ager nihil nisi gramen cum spinis habebit.

A musa solatus sum in itinere, solaque fuit quae mecum remansit; illa nec insidias, nec gladios militis Sinti, nec mare, nec ventos, barbariamque timet. Scit etiam propter quam errorem in exilium missus sum, et tantum culpam esse in facto meo, neque scelus. scilicet hoc ipso nunc aequè, quod obfuit ante, cum mecum iuncti criminis act area est. Equidem manum meum in sacris Musarum posuissem, si scivissem eas me nocituras fuisse. Sed nunc, quid faciendum est? Ipsa vis sacrorum me tenet, amensque redeo ad ipsa quae me vulneraverunt. Dulichio lotis noxiis gaudebat. Amans sua damna fere sentit, sed tamen haeret in illis, materiamque culpae suae persequitur.

Libri, quamquam nocuerunt, adhuc mihi placent, et quod telum me vulveravit, amo. Fortasse hoc studium insania videri possit,

Adde, quod dicitur iniustum esse gladio rigido, et in medio foro vulnera saepe dantur. O Lachesim duram, quae sidus tam grave habenti fila vitae meae non breviora dedit! Quod patria vobisque omnibus amici, atque queror hic in Scythicis gentibus esse: Utraque poena gravis est. Merui tamen urbe carere, sed forsitan tali loco esse non merui. Quid dico, sumne insanus? Ipsam vitam pedere digus eram, numine Caesaris offenso.

Animus meus inveniet, qua mihi licebit currus spectare eburnos; sic procul dubio in patria ero per breve tempus. Vera tamen spectacula capiet populus felix, et tuba laeta erit cum duce suo. Sed mihi, auribus longe remotis hic fructus tantummodo fingendo percipere potero, atque missus in orbem dissimilem, fere nemo erit qui res mihi cupide narret. Quandocumque triumphos seros veteresque audiero, gaudebo. Illa dies qua lugubria mea deponam veniet, et causa publica maior erit privata.

Tempore bos adsuescit aratri ruricolae, et libenter iugum curvum in collum accipit; tempore equus animosus lentis habenis paret, et placido ore frenum durum accipit ore placido. Tempore ira leonum Poenorum minuitur, nec feritatem in animo servant, quam quondam habuerunt.

Boves veteres interdum iuga fugiunt, et eques domiti saepe repugnant. Haec mala tristior est quam prior: ut enim sibi par sit, mora crevit et aucta est. Mala mea antea non tam nota mihi fuerunt quam nunc sunt, nam tempore cognitiora fiunt gravantque. Est quoque non nihilum vires afferre recentes, nec praeconsumptum temporis esse malis. Luctator novus in harena flava stans, fortior est quam ille qui membra sua defatigavit diu pugando. Gladiator intactus in nitidis armis melior est illo qui arma tinxit sanguine suo. Navis nuper facta bene patitur tempestates praecipites: sed vetus quamlibet imbre parvo solvitur. Ego quoque melius ante tuli omnia quae fero, vae, mala longa in dies multiplicantur. Credite, deficio, nostroque a corpore quantum auguror, accedunt tempora parva malis. Nam neque vires habeo quas antea habebam, nec solitum colorem: tenuem cutem habeo quae vit ossa tegit. Sed mens aegrior est quam corpus insanum, et in circumspectu stat sine fine mali sui. Facies urbis abest, et amici, mea cura, absunt, et qua nulla mihi carior, uxor abest.

Cum ex omnibus, Perilla, dignissima sis maximas habere divitias, modicas tantum habes. Tamen mente fingas tibi esse opes ingentes, nam quodcumque libet sors, dat et rapit. Ille qui paene Croesus fuit, subitio fit Irus pauper. Ne singula referam, nihil immortale habemus praeter pectora et bona ingenii. En ego, cum omnia quae potuerunt, ablata sint a me: patria, amici, et domus. Ingenio tamen adhuc servo et fruor eo. Caesar nihil iuris in hoc habere potest. Si occidar a gladio, adhuc fama mei remanebit, et dum Martia Roma vitrix prospiciet omnem orbem domitum de collibus suis, legar ab hominibus. Tu quoque, quam maneat felicius usus studii, effuge rogos venturos, qua potes.

Quis crederet? Sunt in his barbaris terris urbes Graecae. Huc quoque Mileto missi venire coloni, et in Getas Graecas domos constiterunt. Et nomen hoc antiquum, positaque...

Deliphini salire et se in aere volvere nequeunt; quod hiem dura eos facere prohibet; et quamquam Boreas insonet alis iactatis, nullus fluctus erit in vortice obsesso. Et naves remanebunt in glacie dura inclusae, nec quisquam remigare poterit. Vidi pisces ligatos haerere in glacie, atque quidam semianimi fuerunt. Sive igitur nimii Boreae vis saeva marinas, sive redundatas flumine cogit aquas, statim hostes Danuvium transeunt equis. Peritissimi sunt

X

Delpini salire et se in aere volvere nequeunt, quod hiems dura eos facere prohibet; et quamquam Boreas insonet alis iactatis, nullus fluctus in vortice obsesso erit. Naves in glacie dura remanent inclusae, nec quisquam sulcum remigando facere potest. Vidi pisces in glacie haerentes, quorum pars adhuc viva fuit. [Sive igitur nimii Boreae vis saeva marinas, sive redundatas flumine cogit aquas], hostes statim Danuvium equis transeunt. Peritissimi sunt equis. Longe sagittas mittunt, et vicinam terram vastant. Fugiunt quidam, et opes rapiuntur nullis agros tuentibus. Opes tamen vivrorum rusticorum parvae sunt, sicut pecus plaustraque stridentia, nam magnam pecuniam non faciunt. Manus capitovrum alligantur, frustra que domos respiciunt. Quidam pereunt hamatis sagittis trasacti, nam venenum in cuspidines posuerunt barbari. Illi quos secum ferre aut abducere non possunt, moriantur in casis flammis combustis hosticis. Cum sit pax, cives adhuc metuunt bellum, et nemo agrum arare audet. Locus hic hostem absentem praesentemque timet; terra relictata situ rigido iners cessat. Nec sub umbra hic latet dulcis uva pampinea, nec musta fervida altos lacus cumulant. Nec haberet Ancontius malum in quo verba scriberet legenda dominae suae. Nudos aspiceres arbores et campos sine fronde. Hic locus viro felici non convenit! Ex omnibus locis in toto orbe terrarum, haec terra delecta exilio meo.

Ecce, supplex abens, deos absentes alloquor, si licet homini cum Iove loqui. Dominus imperii, quo sospite certum est omnes deos curam gentis Italiae habere, o decus, o imago patriae florentis per te, o vir non minor quam ipse orbis terrarum quem nunc regis (sic terras habites, et aether te desideret et tardus ad stellas pactas eas) mihi, quaeso, parces, et minimam partem de fulmine tuo deme: id quod superabit satis poenae mihi erit. Ira tua moderata est, et vitam mihi dedisti, nec ius civis, nec nomen meum abstulisti, nec fortuna mea aliis data est, nec exul ipse nominor verbis edicti tui. Et omnia haec quae timui, quod videbam me meruisse; sed ira tua lenior est quam scelus meum. Me relegatum iusisti arva Ponti visere.

XIII

En, natalis meus venit, sed curiam mihi utile gigni fuit? Cur, scelesti, ad annos miseros exuli veniebas? Opus fuit tibi finem illis imposuisse! Si de me curares, aut si pudor ullus in te inesset, me extra patriam non sequereris, [quoque loco primum tibi sum male cognitus infans, illo temptasse ultimus esse mihi, inque relinquo] tu quoque, tristis, 'vale' dixisses sicut ceteri amici mei fecerunt. Curiam mecum apud Pontum versaris? Num ira Caesaris te quoque in humum extremam orbis gelidi? Patet te nunc honorem moris soliti opperiri. Expectas donec videas me pallium album in umeris gerentem, sive aram fumidam coronis florentibus cinctam, odoremque micae turis sollemi comburentis olefacias. Et liba dem

VII

Epistula statim perarata, vade Perillam salutatum, fida ministra sermonis mei es. Invenies eam aut cum matre sedentem, aut carmina scribentem inter Musas suas. Quiquid tamen facit, relinquet, cum scieret te venisse. Sine ulla mora interroget cur venias et quid agam. Dices me vivere, sed vivere sicut vivere nolim, nec tam longa mora nostra mala levata: et tamen ad ipsas Musas quas me laeserunt reverti, et in alteris versibus apta verba colligo. Dicas 'Ecquid pergis artem colere poeticam, et docta carmina non canis more patrio? Nam natura tibi rara dona et ingenium donavit. Hoc ego primus deduxi ad undas Pegasidas, nec male periret vena aquae fertilis; primum animadverti cum parva fuisti puella, atque ut pater dux sociusque fui. Ergo, si adhuc cor eodem modo fervet, Sappho sola te vincere poterit. Timeo ne sors mea mal ate retardet, et post casus meos cor inops sit. Dum licuit, tibi solebam carmina mea legere, sed tua saepius mihi legebas, ego saepe iudex et magister tuus fui, aut aures praebabam modo versibus factis, aut cum tempus tereris, efficere solebam ut rubesceres. Fortasse exemplo, quod carmina mea me vulneraverunt, etiam tu fata secuta poenae meae. Noli timere, Perilla. Tantummodo persuadeo ne carmina de rebus amatoriis doctentia scribas. Remove igitur, doctissima, causas cessationis, atque redi in bonas artes et sacra tua. Pulchritudo faciei tuae minuetur annis, et frons senile tuum contractum erit. [Inicietque manum...] quae nullo strepitu faciente venit. Quandocumque aliquis dicet "haec femina pulchra olim fuit" dolebis ac quereris speculum tuum mendax esse.

Equus qui steterit per longum tempus, non bene curret, et inter missos carceribus, ultimus ibit. In teneram cariem vertitur et rimis dehiscit, siqua cumba aquis solitis vacavit. Me quoque despera, cum et ante parvus fuerim, illi, qui fueram, redire parem posse. Quod iam diu plurima mala patior, minuitur ingenium meum, et nulla pars vigoris antiqui remanet. Siquam tamen tabellam sumpsi, ut nunc quoque, verba in suos pedes cogere volui. Carmina nulla mihi scripta sunt, aut qualia cernis quae digna sint tempore domini sui, et digna loco. Denique 'gloria vires haud parvas animo dat, et amor laudis pectora fecunda facit'. Olim ego trahebar fulgure nominis et famae, dum aura secunda cumbam meam ferebat. Sed gloria non adeo bona est ut etiam his in condicionibus auxilio mihi sit, si liceat, a nullo homine cognitus esse velim. An quia carmina primo bene cesserunt, scribere suades, ut ipse meos successus sequar? Pace vestra, novem sorores, liceat dixisse: vos maxima causa estis fugae meae!

Eumedes adhuc liberos habuisset, si filius eius stultus equos Achilleos non amavisset. Neque filium conburentem vidisset neque filias in arbore si pater Merops Phaetonta cepisset. Tu quoque, amice, time res quae sunt nimis celsa, et precor ut vela contrahas antennae tuae. Nam nullis casis dignus es spatium vitae decurrere et fato frui sereniore. [Quae pro te ut voveam, miti pietate mereris haesuraque fide tempus in omne mihi]. Tali vultu vidi te fata mea gementem, qualem verbis exprimi non possum. Lacrimas tuas vidi cadentes super ora nostra, et eodem tempore eas et fida verba bibi.

Nunc quoque amicum cupiditate summotum defendis, et fere nulla parte leves mala quae levanda sunt. Vive sine invidia, depelle annos molles inglorius, amicitiamque iunge cum illis qui aequales atque te sunt. Nomen Nasonis tui ama, quod adhuc unum non [extulat]: Mare Nigrum omnia cetera habet.

Facito ut ossa mea serventur in parva urna: hoc modo mortuus exul non iam ero. Nemo hoc prohibuit: soror Thebana fratrem mortuum supposuit colle. Et cineres mei cum foliis et pulvere pulchi amomi misce, et pone in humo suburbano. Ambulator cito has leget litteras magnas: Hic ego, Naso poeta, iaceo lusor amorum tenerorum, qui propter ingenium, perii. Ne sit tibi grave dicere ossa Ovidii molliter cubere. Satis hoc est in titulo poni, nam libri quos scripsi maiora et magis diuturna erunt monumenta mihi, et quos confido, quamquam nocuerunt, longa tempora et nomen scriptori duros. Tu tamen, semper des munera feralia et da coronam umidam lacrimis tuis. Quamquam ignis corpus in cineres mutaverit maesta cinus sentiet officium pium. Plura tibi scribere possum, sed vox iam fessa est loquendo. Lingua sicca vires dictandi negat. Accipe dictum quod ultimum fortasse erit, quod qui tibi mittit, ipse non habet, 'vale'.

O carissime amice, temporibus difficilis cognite, postquam res meae lapsae sunt: si amico qui doctus factus est experientia, vive occultus a locis ubi homines divi sint, fuge praelutria loca quantum potes: quod fulmen saevum a praelustris locis venit. Nam quamquam potentes prodesse possunt, quod si prosit, etiam obesse potest. Antemna demissa tempestates effugit hibernas, et magis est timor vela latae quam parvae. Navicula parva multo facilius innatare potest summa unda, quam navis quae mergat onere retiarum nexarum. Si ego prius admonitus fuisset, essem in urbe qua esse debebam. Navicula mea per placidas aquas currebat dum tecum vivebam, nam illo tempore levis fuit aura. Ille qui in planitie cadit (hoc rarius difficuliusque fit) sic cadit, et cum humo iacet, surgere potest. Sed Elpenor miser qui est delapsus ab alto tecto, debilis umbra regi suo occurrit. Quomodo Daedalus tutas alas creavit, et Icarus oceanum nomine signet? Sine dubio fuit quod filius alte volabat, et pater demisius: nam ambo natura pennas non habuerunt. Crede mihi, ille qui bene latuit, bene vixit, et intra fortunam suam quisque manere debet.

Frigora iam minuuntur a Zephyris, hiemsque longior quam anno praeterito visa est
Maeotis antiquis, et aries qui Hellen non bene pertulit, dies noctesque aequae durantes
facit. Pueri et puellae hilares violas nunc colligunt, quas ab agricola numquam satae sunt;
prataque pubescent floribus variorum colorum, et avis loquax canit guttore indocto; utque
hirundo crimen malae matris deponat et sub trabibus et tecta parva cunas facit; et herba
quae sulcis operata latuit, exit expanditque cacumen molle humo.

[Hos super in curru, Caesar, victore veheris purpureus populi rite per ora tui].
Quocumque ibis, a populo tuo circumplauderis, atque viae adornentur floribus pulchris.
Laurum Phoebam in capite geres, milesque magna voce 'io, io triumphe' clamabit. Ipse
videbis equos propter plausum fremitumque hominum saepe resistere. Inde templa
faventia votis arcemque petes, et laura vota Iovo merito dabitur. Ego summotus has res
mente tantummodo spectare potero: [erepti nobis ius habet illa loci]: illa libera per terras
immensas vagatur, et in caelum pervenit fuga celeri; in mediam urbem oculos meos
deducit, nec inmunes tanti boni esse sinit; [animusque inveniet, qua currus eburnos
spectet], sic procul dubio in patria per breve tempus ero, Populus felix vera tamen
spectacula capiet et turba praesens erit cum duce suo. Sed mihi tantum longe fingendo
auribus remotis hic fructus percipiendus erit.

Iussus, foeda litora ponti Euxini petivi (haec terra sub axe gelido iacet), et caelum interdum sine frigore me cruciat, et glaeba obusta est gelu canenti, quod vox Latine huic linguae barbarae ignota est, et quia Graeca loquela sono Getico vincta est, quam quod Marte finitimo undique cinctus premor, et murus hic tenuis vix impedit quominus hostes veniant meque interficiant. Pax tamen habemus, sed numquam hic fiducia pacis est. Talis est vita mea, locus arma nunc metuit. Dum ego hic muter, vel Zanclaea Charybdis me devoret atque aquis suis me ad inferos mittat, vel patienter in lava Aetnae rapidae urar, vel mittar in alta freta dei Leucadii. Quot petimus, poena est: neque enim miser esse recuso, sed precor ut miser tutius esse possim.

Haec est illa dies, qua poetae te, si modo tempora non fallunt, Bacche, celebrare solent, et ornant tempora festa sertis odoratis, et dicunt laudes tuas ad vina tua. Inter quos, memini, dum fata mea licebant, ego tibi pars haud invisae saepe fui, quem nunc ora iuncta Sarmatis Getis crudis tenet, stellis Ursae Cynosuridos suppositum. Quique prius vitam mollem et vacuam laboribus egi in studiis Pieridumque choro, nunc procul a patria armis Geticis circumsonor, multa prius mare et multa passus terra. Sive casus hoc mihi dedit sive ira deorum, seu Parca nubile mihi nascenti fuit, tu tamen e sacris cultoribus hederæ unum numine tuo sustinuisse debueras. An quicquid sorores domine cecinerunt, sub omni arbitrio desinit esse dei? Ipse quoque invectus es arces aetherias meritis, quo exiguo labore via facta non est. Nec patria est tibi habitata, usque ad Strymona nivolum venisti et Geten Marticolam, et Persida et Gangen spatientem lato flumine, et quascumque aquas bibit Indus fuscus. Scilicet hanc legem nentes stamina fatalia Parcae tibi bis genito bis cecinerunt. Me quoque (si exemplis deorum uti possum) ferrea sors vitae difficilisque premit. Non levius cecidi quam ille quem, magna locutum, Iuppiter a Thebis reppulit igne suo.

XIII

Liba tempus natalicium notantia non dem, precesve concipiam ore favente. Condiciones in quibus versor impediunt quominus laetus esse possim adventu tuo. Commodius mihi est aram funeris habere, quae cincta est cupresso ferali, rogosque iam flagrantis. Nec licet tura dare nihil divos exorantia, nam in tantis malis ne verba quidem bona subeunt. Si tamen aliquid mihi petendum est hodie, precor ne in loca amplius quam ista redeas, dum pars orbis terrarum sat nota me tenet, sciatis Pontum Euxinum falsum nomen habere.

Si ulla menda inter hos libellos invenies, lector, iterum veniam peto. Exul eram, requiesque mihi petebam, non famam, ne mens intenta foret malis suis. Haec est causa cur cantet fossor, compede vinctus, nam carmine indocili opus grave mollit. Et innitens pronus haerenae limosae cantet ille qui ratem tardam adverso rivo trahit. Quique sulcum per mare facit remis, strenue aquam pulsat in numerum. Cum pastor fessu baculo saxove resedit, oves mulcet carmine harundineo. Canat ancilla dum pensa facit, et hoc modo labor fallitur et decipitur. Dicitur Achilles tristis abducta Lyrneside curas attenuasse lyra Haemonia. Cum Orpheus silvas duraque saxa traheret canendo, maestus erat coniuge bis amissa.

Maior frequentia gentis Sarmaticae et Getae equis per medias vias it reditque, in quibus nemo est qui pharetra eget, arco, sagittisque veneno imbutis. Vocem feram, vultum trucem, et imaginem verissimam Martis ostendunt, nec capillos nec barbas tondere solent, non cunctantur alios vulnerare gladio fixo, quem omnis barbarus in vagina iuctum lateri fert. Vivit inter hos, heu nunc, oblitus lusorum amorum, hos videt, hos homines vates audit tuus, amice,; atque utinam vivat neque in illis moriatur, et tamen umbra a locis invisis absit. Quod carmina nostra pleno theatro saltari, versibus meis et plaudi scribis, amice, nihil equidem theatris feci (nam hoc tu ipse scis), nec Musa mea ambitiosa est in plausus. Tamen mihi haud ingratum est, quodcumque oblivia nostri impedit et nomen profugi in ora civium omnium refert. Quamquam interdum, eas res quae me vulneraverunt recordor, et carmina mea devoveo et Musas, cum tamen devoveo, nequeo sine illis esse, tela cruenta persequor vulneribus meis, quaeque modo fluctibus Euboicis lacerata est, puppis Graeca per aquam Capheream currere audet. Nec tamen vigilo et curum futuri nominis ago ut lauder, utilius quod latuisset. Studiis animum detineo doloresque fallo, curis meis experior verbaque dare. Quid potius faciam solus in oris desertis, quamquam malis aliam opem quaerere coner? Sive locum specto, qui inamabilis est et nihil in toto orbe terrarum tristius est, sive homines, vix digni sunt qui homines vocentur, nam ferociores saevioresque sunt quam lupi. Leges non metuunt, sed aequum cedit viribus, et iura victa sub ense pugnaci iacent. Pellibus et braciis laxis frigora mala arcent, et ora horrida tecta sunt comis longis. Vestigia linguae Graecae in paucis tantum remanet, et haec quoque Getico sono Barbara facta sunt.

